

F^o 54^r Millesimo trecentesimo LVIII, die XXIX Maij.

1

Capta. Cum ducha Crete et eius consilium scripserint quod mercationes que recuperate sunt de pamphilo naufragato super splazia del Tartero, cuius erat patronus Johannes Nouello non poterant cognosci quorum sunt, quia signa totaliter sunt deleta, et prouisoires nostri communis de mandato nostri dominij cri-
dari fecerint quod quicunque habebat de suo super dicto pamphilo faceret se
scribi ad officium ipsorum prouisorum et sic factum est; uadit pars quod rescri-
batur eidem duche et suo consilio quod mercationes et res dicti pamphili desi-
gnare debeant secundum scripturam quaterni dicti pamphili, si quaternum habent,
dando illas personis ad quas spectant seu earum nuntijs. Si uero quaternum non
haberent faciant ipsam dessignationem secundum tenorem cedule que sibi mit-
tatur inclusa uel nuntijs personarum in ipsa cedula expressarum in qua conti-
nentur quantitates mercationum et nomina et signa mercatorum qui dicunt
mercationes predictas esse suas. Si uero aliquae mercationes forent que non pos-
sent dessignari per signa que non apparerent et plures persone dicerent habere
jus in illis tunc ipsas mercationes dessignent et dividant inter personas petentes
de ipsis rebus uel nuntios suos per ratam secundum continentiam dicte cedule.
Et omnes dictas dessignationes faciant saluis omnibus juribus tam nauigij quam
mercatorum et cuiuslibet alterius persone, et accipiendo in omni casu plezariam
ydoneam a personis quibus dabunt dictas res de respordendo cuilibet de jure
pro rebus quas recipient.

5

10

15

20

Capta. Quod suprascripte plezarie possint dari hic nostris prouisoribus et illi qui non darent plezarias dent illas in Creta et notificetur duche et eius consilio de illis qui dabunt plezarias Venetijs.

24

27

F^o 54^r Περί όρκωμοσίας τοῦ Ἀγγέλου Σιβράνου καγκελλαρίου Ρεθύμνου ἐνώπιον τοῦ δονκός Κρήτης. 1358, Ἰουνίου 1.

28

Περί ἀλλαγῆς πεπαλαιωμένων κατέργων Κρήτης διά νέων, διατάσσεται ἡ ἀλλαγή ἐνός. 1358, Ἰουνίου 14.

F^o 55^{to} Millesimo trecentesimo LVIII, die XIII Junij.

1

Intellectis litteris ser Marci Gradonico capitanei galearum Crete petentis instantissime cambiri duas ex galeis sibi commissis; uadit pars quod mandetur patronis arsenatus quamquam cicius esse potest preparent et fulciant unam galeam subtillem de melioribus que statim mittatur ad capitaneum Culphi cum
illo numero hominum qui uidebitur dominio pro guidando eam. Cui capitaneo
mandetur quod ipsam debeat cambire, cum una ex galeis Crete de peioribus

5

